



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. VII. De Auxilio Animarum procurando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

vandi usu penitentiarum, & Orationis  
præsertim, qui laxati sunt.<sup>b</sup> Assuefiant  
indifferentæ, & simplicitati Religiosæ.<sup>i</sup>  
Regulæ eorundem bis, aut ter in Refe-  
ctorio, singulis annis, legantur.<sup>l</sup> Circa  
Juniorum segregationem à reliquis Col-  
legialibus, executioni mandet, quæ a Decr.  
16. Con. 6. & Or. Cap. 13. præscribun-  
tur; & relata sunt Part. 2. Cap. 4.  
Sect. 1.

<sup>b</sup> In. 7. §. 4.  
<sup>i</sup> In. 7. §. 5. &  
In. 13. c. 8. &  
Cl. c. 6. §. 4.  
<sup>l</sup> P. 4. c. 10. L.  
& C. 2. D. 66.  
& R. Rect. 43.

## SECTIO VII.

## De Auxilio Animarum procurando.

**I.** M **E**minerit Præpositus in Domi-  
bus Professis præcipuè elucescere  
debere puritatem nostri Instituti; cuius  
scopus est ad animarum salutem incum-  
bere.<sup>m</sup> Strenuam operam nostrorum ad  
eum adhibeat; & si immoderati labores  
non permittendi, multò minus negligen-  
tia.<sup>n</sup> Rector, juxta Provincialis præscrip-  
tum, tantum debet curare ut Ministeria  
prædicta à nostris exerceantur, quantum  
commodè fieri potest: nominatimque  
ministerium doctrinæ Christianæ com-  
mendatum habeat.<sup>o</sup> At in iis locis, ubi  
est Domus Professorum, in Collegio id

*Disparatio  
Præpositi, ac  
Rectoris.*

<sup>m</sup> P. 3. c. 1. §.  
27. & P. 7. c. 1.  
§. 1. & R.  
Præp. 37.  
<sup>n</sup> R. Præf. 38.  
& In. 4. §. 3.

<sup>o</sup> P. 4. c. 10. §.  
10. & R. Rect.  
66.

K k usur-

§14. *Pars Septima.*

p P. 3. c. 1. §.  
27. & R. Prov.  
101.

*Quid curandum circa Con-*  
*ciones, & Con-*  
*cionatores.*

q P. 7. c. 4. §.  
6. & E. & Reg.  
Præp. 39.

r In. 2. §. 9. &  
Or. c. 1. §. 15.  
s C. 12. D. 40.

\* *Quid cum*  
*Confessariis.*

t P. 7. c. 4. §. 5.  
& R. Præp. 40.  
41. 42. 43. &  
Rect. 6. & In.  
3. & In. 4. §. 3.  
u In. 3. §. 5. &  
In. 15. c. 2. §. 7.

*Quid præstan-*  
*dum circa Mis-*  
*siones.*

x R. Præp. 42.  
& In. 3. §. 10.  
& In. 4. §. 3.  
& In. 15. c. 2.

§. 8.

usurpandum, quod ad excolendos Scho-  
lasticos sat est. p

2. Proponatur assidue in Ecclesia ver-  
bum Dei in prædicationibus; & Sacra  
Scripturæ, vel Doctrinæ Christianæ le-  
ctionibus; quod in aliis etiam Ecclesiis,  
plateis, & locis præstari potest. q Cum  
Concionatoribus non dispensent in jeju-  
nio Quadragesimali, inconsulto Provin-  
ciali: in vietu verò, & vestitu eorundem  
singularitates minimè concedantur. r Ob-  
servent, quæ circa eleemosynam Concio-  
natoribus offerri solitam statuta sunt, ut  
ne quid ultra necessarias expensas sumar-  
tut; & si, quod supereft, adhuc recusan-  
tibus obtruditur, in bonum cedat Domus,  
aut Collegii. s

\* 3. Procurent, ne desint designati Sa-  
cerdotes, & Confessarii, qui Domi, fo-  
risque Proximis præsto sint, ad omnia mu-  
nia nostri Instituti. t Constituantur Syn-  
dici, qui observent num Confessarii trans-  
grediantur ordinationes officii sui. u

4. Poterunt suos mittere ad alia loca vi-  
cina, habito consensu Provincialis, ut bre-  
ves ibi Missiones fiant; nec omittendè men-  
struæ Confessorum, quin & per heb-  
domadam. Current etiam aliquando fieri  
conferentias de modo juvandi proximos. z

z. Si

5. Si quem ad Sacros Ordines promovendum , aut in Confessarium , vel Concionatorem esse eligendum videbitur , Provinciales admoneant ; y & servent , quæ in hujusmodi promotionibus notantur superius Par. 2. Cap. 4. Sect. 4.

Et Ordinandos.

y P. 4. C. 9. §. 3.  
& R. Prep 45.  
& Rect. 44.

6. Remedium adhibeat si quis , frequentans apud nos Sacraenta , moribus suis alios offenderet. z

Scandalosi non tolerandi.

7. Curam quarumcumque mulierum à nullo suscipi permittent : licebit tantum aliquando apud eas concionari , & semel unius Monasterii Confessiones audire , id que petentibus illarum Præsidibus. a

z R. Præp. 46.  
Mulierum cura  
vitanda.  
a P. 6. C. 3. §. 5.  
& Paul. III. p.  
44. & C. 7. D.  
56. & C. 8. D.  
11. & R. Præp.  
47. & Rect. 68.

## S E C T I O . VIII.

## De Ordine Domestico.

1. Q uotidie post orationem matutinam fiat Sacrum , cui omnes intersint. b In Collegiis , quando Nostri ad Sacram Communionem accessuri sunt , præsertim diebus Dominicis , in Ecclesia id faciant , separati tamen ab Externis. c Singuli in oratione , & examine visitandi , & aliquando etiam à Ministro , & Restore. d

Ordo spiritua-  
lium exercita-  
tionum.

b P. 4. C. 4. §. 2.  
& R. com. 1. &  
R. Præp. 49. &  
Rect. 45.

c R. Rect. 46.  
d C. 7. D. 25. §.  
1. & R. Præp.  
50. & Rect. 47.  
& In. 13. C. 1.  
§. 1.

Somni spatium.